3. Ad hanc incardinationem deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de ejus natalibus, vita, moribus ac studiis oportuna testimonia,

4. Hac ratione adscriptos posse quidem ad ordines promoveri. Quum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint – quod sicut nullus debet ordinari, qui judicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis ecclesiis ut – in Cap.16. Sess. 23, de reform. Tridentinum statuit, ita pariter nullum esse abscribendum novum clericum, nisi pro necessitate, aut commoditate dioecesis.

5. Quo vero ad clericos diversae linguae et nationis oportere ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac nunquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respectivo eorum ordinario, et obtinuerint secretam ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia.

6. Denique quoad laicos, aut etiam quoad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt, vel nolunt, standum esse dispositionibus Const. Speculatores, quae ratae ac firmae semper manere debent.

THOMAS.

LE MONDE RELIGIEUX

Montréal. — Dimanche, lundi et mardi, 20, 21 et 22 novembre, grandes fêtes au couvent de la Miséricorde pour célébrer le cinquantenaire de l'Institut. On a fait aussi l'inauguration d'une nouvelle crêche. NN. SS. Bruchési et Duhamel, ont assisté à ces cérémonies. Il y a eu sermon par Mgr l'archevêque de Montréal.